

tuntas mea, fides mea, iustitia mea & non continuo, quod sequitur, auditurus. Quid enim habes quod non accipisti? Si autem acceperisti, quid gloriaris quasi non acciperis? Quis enim vos ab illa ex Adam massa mortis perditionisque discernit. Nonne ille qui venit querere & salvare quod perierat? Luc. 9. 10.

Idipsum frequenter ingerunt & inculcant sacra paginae, Joann. 5. Sine me nihil potest facere. Quo loco Augustinus ita admetit: Ne quisquam potaret, saltem aliquem parvum fructum posse palmitem ferre, cum dixisset hic fert fructum multum; quia sine me, non ait, parum potest facere, sed nihil potest facere. Sive ergo parum, sive multum, sine illo fieri non potest sine quo nihil fieri potest. Hac sanctus Doctor ad Evangelicam comparationem palmitis a vite locci, vel evuli, qui fructificare nullatenus potest. Hac tamen intelligenda de fructibus & operibus eternam ad vitam conductientibus. Alterius sententia de temporali fructu quarundam virtutum; quia sine divina gratia influxu laudes quidem transitorias temporariamque mercedem indubie merentur; sed non eterna premia, cum ab ipsis peccatoribus fiant ratione & honestati consentanea: ut cum quis miseratione ducatur, divina tamen gratia definitus, si pitem pauperi erogat, aut honestate ductus honorem & obsequium parentibus defert, aut amore patris contra hostes praelatur, sive affectu iustitiae suum cuique attribuit: circa enim hujusmodi actus suam diversis locis mentem aperit Augustinus: ut quem haec edidit lib. de spiritu & littera cap. 27. Etiam impiorum nec Deum verum veraciter justique colentium quedam facta legi, vel audiiri, que secundum iustitiae regulam non solum virtutepare non possimus, verum etiam merito recte laudamus. Deinde c. 28. ita prosequitur: Veruntamen quia in anima humana non usque adeo imago Dei terrenorum effectuum labe derrita est, ut nulla in ea velut linea-menta extrema remanerint, &c. Sicut non impedirent a vita eterna iustum quedam peccata venialia, sine quibus haec vita non dicitur: si ad salutem eternam nihil proficit impio aliquia BONA OPERA, sine quibus difficulte vita cuiuslibet peccati hominis inventur. Franciscus Sylvius in Academia Duacena Regius & ordinarius Professor in 1. 2. q. 109. art. 2. istud profert. Theologie Lovaniensis Facultatis decretum ad requisitionem Episcopi Cremonensis per utramque Germaniam Apostolici Nun- cii editum: Non sic omnia bona principia evulsa sunt, ut liberum arbitrium sine gratia Dei adjutorio non nisi ad peccandum valeat. Multa quippe sunt, que vel ad humanos usus uiliter, vel ad excollendos ornandoque vi- te mores laudabiliter, vel ad res publicas constitutas industrie prudenterque prolata sunt; eaque, in quantum euilmodi sunt, peccata censeri nullo modo recte possunt. Quocirca quod ex solis nature viribus, non ex illa per Christum gratia speciali ortum bonum opus agnoscens, minime est cum Pelagio sentire hac in parte, seu Pelagiana heresi errare & labi dicendum est, sed perspicaci acquiescere veritatem.

Negotium facere fortasse posset, quae videtur apparen-contradiccio inter istum Arauficanum canonom, Nemo de suo habet nisi peccatum & mendacium: & exertam per summorum Pontificum S. Pii V. & Gregorii XII. decreta condemnationem hujus propositionis: Liberum arbitrium sine gratia Dei adjutorio non nisi ad peccandum valer. Verum nulla hic inest contradicatio, si mentem & verba tum canoris Arauficani, tum Bulle Pontificie, rite perpendas. In canone namque Arauficano voces ista, Nemo de suo, excludent id omne, quod Deum qualitercumque auctorem habet, sive in ordine naturae, sive in ordine gratiae; quacunque enim facit Deus, non nisi bona sunt; solum autem peccatum est quodcumque a demonibus vel hominibus proficiatur, dum bonus Dei operibus sua privata malitia abundat. Deus enim solus est naturarum & gratiae conditor, solusque liberi arbitrii (quod utique bonum est) auctor; peccatum vero quacunque sit, nihil auctor est quam abusus liberi arbitrii. Solum igitur quod superest malum, id omne est, quod Deum non habet auctorem, concupiscentia scilicet & peccatum, quae a Diabolo sunt, ab Adam ejusque posteris. Atque ita verissimum est istud Arauficanum effatum: Nemo de suo habet nisi peccatum & mendacium; verissimum pariter est, hominem etiam in statu naturae corrupte operantem secundum leges rationis & honestatis, non peccare: quia omnis recta ratio, & omnis morum honestas, a Crea-tore omnis tam naturalis quam supernaturalis boni originem dicit. Si ergo quacunque Dei bonum ab homine subducas, nihil in homine proprium supererit nisi peccatum & mendacium. Sed si bonum Dei species cum hominis voluntate conjunctum, homo erit liber ad malum & ad bonum opus; & ad istud quidem sive ad naturale ac morale, si ductum rationis & communis honestatis sequatur in ordine naturae: nec tamen

inde ullam supernaturalem mercedem affueretur, aut mercedebitur. Sed si divina gratia preventus in actiones exurgat superioris dignitatis & sublimioris meriti, eternam & celestem vitam sibi parabit, ad quam nulla affigere possunt naturae vires. Hoc sensu praeclare canonem Arauficanum exponunt & eludcent Elias in 2. sent. dist. 26. s. 16. Sylv. in 1. q. 109. art. 2. & Suarez lib. 1. de necessitate grat. c. 21. At vero in propositione damnata haec voces, Sine Dei adjutorio, perinde sonant ac si liberum arbitrium gratia Spiritus sancti definitum, operans tamen per naturae vires, quas non a se, sed ex Deo habet & per generalem Dei concurredit, & secundum dictam ac ductum rationis, quam Deus nature auctor homini indidit ac impressit, non nisi ad peccatum valeat; et si adulterio, furto, incontinentiaque reludetur, si opprobrium erigit, si aliena nequitia vexatum tueatur, si egoen relevet, si miseris optulerit ex iustitia vel pietatis affectu. Hac ita concepta propo-sitio hominem, qua parte est laudabilis, injuste damnat, ipse divina providentia atrocem irrogat injuriam, hominem hoc ipso punienti, quia divinis preceptis pro praefectibus, quas habet virtibus, obtemperare conatur: ut minime sciens utrum Democriti cachinnis, an potius Heracliti lacrymis excienda sit illa Pontificis decretis proscripta propositio. At vero Arauficanus ita canon quacunque Dei bona sunt, seorsim educens & seponens, Deum ipsum utpote bonorum omnium fontem magnificat; hominem vero in se uno spectatum iustissime deprimit: sic enim spectatus nihil aliud in se conficit prater peccatum & mendacium, quae sola de suo habet: ut per sui notitiam atque respectum, Deo placere incipiat, qui pauprem omnem superbum, ut docet Ecclesiasticus, exponit habet.

8. Can. XXV. Aliquis divina potestate ad malum predestinatos esse non solum non credimus; sed etiam si sint, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.

Hæreticus affuetum est affingere Catholicis falsa dog-mata, ut sanam eorum doctrinam in odium & contemptum adducant. Sic Nestoriani Cyrillum crimina-bantur esse Appolinaris sectarium. Eutychiani quoque orthodoxos, qui distinctas & inconfusas in Christo natu-ras afferebant, Nestorianæ heresis insimulabant. Et olim Ariani, qui diversas attribuebant singulis divinis personis essentias, & naturas, Catholicos sibi adversantes Sabellianæ heresem calumnia, unicam in Deo perfona afferentes, impetebant. Simili vafricie Faustus Re-jensis Episcopus, eique coetaneus Gennadius, ex inconsueta Sancti Augustini doctrina falsas & male coharentes eliciebant consequentias, quas falso Augustini discipulis ascribebant, eosdemque Praedestinacionum hereticorum nuncupatione nitebantur infamare. Itam calumniam ut amolirentur Arauficani Patres, canonem istum ad precedentes addiderunt. Magister Florus nomine Lugdunensis Ecclesie, cuius erat ipse Dia-conus, librum olim eruditum compofuit in Augustiniana doctrina patrocinium, in quo negat fuisse ullam Praedestinacionum heresem, nihilque aliud esse praeter commentum a Fausto Semipelagiano per imposturam Catholicis affidit. Potuit quidem haec macula Lucidii Presbyteri aut Gotefalchi animis infidele, si sit habenda fides Fausto & Hinckaro, non tamen ante Lutheri tempora in hæreticam societatem coacta.

Denique secundum sanam ab Augustino traditam doctrinam divinis Scripturis conformem, & ab Ecclesia probatam, duas distingue opus est in Deo tum voluntates, tum vocations, circa eternam hominum salutem; unam quidem, quam Joannes Damascenus vocat antecedentem, qua Deus vult omnes & singulos homines etiam post Adam lapsum salvos fieri, ad quam voluntatem reducitur etiam passio, & redemptio Christi pro omnibus & singulis citra illius exceptionem hominibus. Altera vero Dei voluntas seu vocatio consequens dicitur: Atque hæc cum sit absoluta & efficax, suo nunquam frustratur effectu, neque omnes proficiunt homines includit, sed duplex dumtaxat eorum genus: inter quos aliqui iustitiam, & gratiam temporaneam consequuntur quidem, ad eternam vero non pertingunt: alii vero donum indulgetur perseverant finalis; atque sibi isti fulgurant eternam. Hec pertinet istud Christi propositum: Multi sunt vocati, pauci vero electi, Matth. 20. necnon parabola invitatorum ad nuptias, quorum aliqui tametsi ad convivium invitati, non accederunt, alii venientes ad convivium nuptiale discubuerunt. Ad hanc rem insignis extat Augustini locus lib. de prædict. Sanct. cap. 16. Vocab enim Deus (inquit) predestinatus multos filios suos, ut eos faciat esse membra prede-

predestinati unici Filii sui, non ea vocatione qua vocati sunt, qui noluerunt venire ad nuptias: illa quippe vocatione & Iudei vocati sunt, quibus Christus crucifixus scandalum est; & Genes, quibus Christus stultitia est: sed ea vocatione predestinatos vocat, quam distinxit Apostolus dicens: Ipsa vocatis Iudeis & Gracis prædicare se Christum Dei virtutem & Sapientiam: Sic enim ait: Ipsa autem vocatis; ut ostenderet alios non vocatos: Sciens esse certam quandam vocationem eorum qui secundum propositum vocati sunt Sancti, quos prescrivit & predestinavit conformes esse imaginem Filii sui. Dixit ergo, sed ex vocante, non quacunque vocatione, sed qua vocatione fit credens. Et subinde ita pergit: Non enim vocatione illa vocati sunt, de qua dictum est: Multi sunt vocati, pauci vero electi, sed illa ipsa qua vocantur electi. Unde subiectus Apostolus: sine preuentione sunt dona & vocatio Dei id est sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationem qui pertinent, omnes docibilis Dei sunt, istorum autem nemo perit.

DISSERTATIO

DE SEMIPELAGIANÆ HÆRESIS

condemnationibus, quæ Synodus Araufi-canam præcesserunt.

I. Nonnulli quosdam celebres Semipelagianos a per- eo praetextu, quia eorum errores nondum fuerant a seunda Sinodo Arauficana, & Bonifacio Papa secundo condemnati. Illorum quidem frustra haec prætenditur excusatio, cum perspicua sint alia quæ præcesserant condenationes: quæ utique Semipelagianos illos latere non poterant, quatum vi sanctissimi & sapientissimi Scriptores Cefarius, Fulgentius, Alcimus Avitus, Petrus Diaconus, Prosper, aliique adversus eosdem pro Ecclesia decerabat.

In primis Innocentius I. Pontifex in suo ad Patres Concilii Carthaginensis secundi (cujus acta intercidere) rescripto sic decernit: Necesse est, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamus. Quibus verbis evidenter definit, seculo divina gratia adjutorio, nullum esse posse ex libero arbitrio bona voluntatis ac operationis initium, contra Semipelagianorum errorem. Sed paulo infra sic pergit Innocentius Carthaginense decretum approbans: Quisquis ergo huius assertiens videatur esse sententia, ut dicat adjutorio nobis opus non esse divino, inimicum se CATHOLICÆ FIDEI, & Dei beneficis proficit ingratum. Nec illi nostra communione sunt digni, quam predicando taliter polluerunt. Concilium istud peractum est anno Chr. 416. Theodosio VII. & Palladio Confusibus, eique præsedit Aurelius Carthaginensis Episcopus.

3. Eodem pariter anno, & iidem Confusibus, exente Autumno, convenit Milevitani in Numidia Concilium contra Pelagianos, eodem presidente Aurelio Carthaginensi, eique inter alios Praefules Augustinus confedit, hujus decretum habetur can. 5. Item placuit ut quicunque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari, ne quod facere per liberum arbitrium, facilius implere possumus per gratiam; tamquam etiam gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possumus etiam illa implere divina mandata, anathema sit. Temere igitur allerebant Massilienses absque gratia prævenienti esse posse bona voluntatis initium. Sed ita prosequitur canon ille Milevitani: De fructibus enim man-datorum Dominus loquendus, ubi non ait: Sine me difficilest potest facere; sed ait: Sine me nihil potest facere. Quo fane oraculo bonum illud ex libero arbitrio initium penitus proficit. Innocentius vero Pontifex ad Patres Milevitani rescripto ipsorum acta decretaque confirmat. Id rescriptum incipit, Inter cetera, & habetur inter Augustini epistolam num. 23. Rescriptum autem ejusdem ad Concilii Carthaginensis Patres ita exordit: In requirendo de his rebus. Et est apud Augustinum ep. 61.

4. Sanctus Prosper scribens contra Semipelagianos asserit, se fidem Ecclesie defendere ex Apostolica sedis au- thoritate in sua ad Vincentianas objectiones prefatione. Idemque scribens adversus Collatorem Cassianum Semipelagianorum signiferum cap. 10. opponit eidem contra-ria decreta Conciliorum Diospolitan, Carthaginensis, & Milevitani: itemque decreta Summorum Pontificum Innocentii & Zosimi: profertque ex epistola Synodica Milevitani Concilii ad Zosimum Papam hæc ipsa verba: Constitutum in Pelagium atque Celestium per venerabilem Episcopum Innocentium de beatissimi Apostoli Petri Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.

sede prolatam manere sententiam, donec apertissima confessione fateantur gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum non solum ad agnoscendam, verum etiam ad faciendam iustitiam nos per singulos actus adjuvari: ita ut sine illa nihil vera sanctaque pietatis habere, cogitare, dicere, agere valeamus. Subiungitque eleganter S. Prosper ad Cassianum: Vide ne regulas tuas invictarum constitutionum soliditatem contractas, & in fidei structura pravas ruinosæque juncturas, velut Hiericuntinos muros ad Sacerdotium tubarum ruisse concentum.

5. Zosimi quidem Papa tractoria epistola, qua detectis demum veterioriis Celestii artibus, quibus ipsi Zosimo illustrerat, larva perfa similationis excusa, tum Celestius, tum Pelagius damnati, iterum ab Ecclesiæ communione (quod pridem Innocentius fecerat) declarati sunt extorti: hac inquam epistola intercidit. Illius tamem meminere Augustinus multis locis, & Prosper cap. 21. contra Collatorem dicens: Quando Africorum Conciliorum decretis, beate recordationis Papa Zosimus sententia sua rober adnexuit, & ad impiorum detractionem gladio Petri dexterat omnium armavit Antiphorum. Idemque Prosper in Chronico ad ann. 418. ait: Concilio apud Carthaginem habitu ducentorum quatuordecim, & amplius Episcoporum, ad Papam Zosimum Synodi decreta perlata sunt. Quibus prolati per totum mundum heresi Pelagiana damnata est. Marius Mercator his coevis in suo committitorio tradidit tractoriem Zosimi epistolam in qua impia Pelagi & Celestii dogma singillatim recitabantur, & damnabantur per universum terrarum Orbem transtum, subscriptionibus Sanctorum Antiphorum suffice roboretur. Julianum vero ejusque fedatores subscrivebant detrectantes, Imperialibus legibus, timulque Ecclesiasticis statutis exaucitatois ac depositis universa exulafe Italia.

6. Deinde Prosper cap. 41. & 42. Cassiano Romanos opponit Antiphorum Bonifacium perpetuum Pelagianorum infectorum, Augustinique doctrinae studiosissimum asfertorem, & Celestium, qui Pelagianos etiam universa Britannia Insula eliminavit, atque Celestium non penitentem, sed novam postulantem audientiam Italæ finibus exigit, & per Cyrrillum Alexandrinum in Ephesina Synodo anathemate obtrivit. Quos eosdem in Gallia inclusivit ad quercelam ipsius Prosperi & Hilaij, quos ambos, id est Proserpum, & Hilarium neque Episcopos, neque fratres fuos, sed filios appellans, satis ostendit, neutrum eorum Episcopali dignitate fulfisse. Ideoque Papa Celestius scripta ad Episcopos Gallie epistola, cuius Prosper & Photius aliisque veteres mentione habent, Semipelagianos in Gallia pullulantes proferunt, atque in ea epistola expressis verbis: Compesci jubet eos, quos declarari veritatis & Ecclesiasticae doctrinae adverarios, & errorum Doctores, qui fideles intra portum doctrinae sane secure quiescentes naufragio meregeretur. Et denun honorissimum Augustinum commendat eloquio dicens: Augustinum sancte recordationis virum pro vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hinc finiter suscipimus saltem rumor aspergit, quem tanta scientia olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis praeforibus haberetur. Bene ergo in communione omnes de eo senserunt, utpote qui utique cunctis & amori fuerit & honori. Quia laude Semipelagianos tanto viro temere obtrectantes reprimit.

7. Huic Celestini epistola Dionysius Exiguus, aliique canonum collectores communiter decem adnectunt capitula de gratia Dei & libero hominum arbitrio, antecessorum Pontificum auctoritates aduersus Semipelagianos complectentia, tametsi isti (ut præfatur auctor) Pelagium & Celestium anathematizare non dubitarent. Auctorem hujus collectionis nonnulli existimant Pontificem ipsum Celestium, ita ut ea collectio ejusdem epistola partem constitut. Alii tamen id negant, ideo quia Romanos Episcopos, quorum adducit testimonia, fuos non dicat, ut moris est, prædecessores. Conveniunt tamen universi, hanc testimoniorum congeriem factam esse ipsius Celestini iussu, ab eoque probatam supremæ auctoritatis vim habere, sive collector fuerit Prosper, sive Leo Magnus, antequam supremum iniret Pontificatum, dum erat Celestino ab epistola & fanerioribus consiliis, sive quis alius, ne incertis & levibus conjecturis discutiendi immoremur. Liquido autem ex predictis constat, Semipelagianum heresim a pluribus Conciliis & Romanis Pontificibus suffice luculentem damnatam Synodum Arauficanam, & hujus approbationem per rescriptum Bonifacii II. Pontificis. Quin etiam ipsum Arauficanorum Patrum præloquium, Semipelagianos evidenter doctrina fidei asserit adverarios. Ad eum ut ante hujus Concilii definitiones pro hereticis & habiti & declarati sapienti fuerint, quicunque bone voluntatis, aut sancti operis ullum exordium, non prævenienti gratia, sed naturali arbitrio retulerint acceptum.